



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Quid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibvs, Qvæ Religiosvm Constitvnt, vel ad illum disponunt

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1625

Index Capitvm Libri Decimi. De Voto Obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93480](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93480)



INDEX CAPITVM LIBRI DECIMI.

DE VOTO OBEDIENTIAE.

- CAP. I. **V**TRVM simplex obedientia votum, & honestum, & in consilio sit.
- II. *Vtrum simplex obedientia votum habeat coniunctam promissionem homini factam, & è contrario.*
- III. *Ad quid obliget, & ad quam materiam se extendat simplex obedientia votum.*
- IV. *Quale peccatum sit obedientia transgressio, & quibus modis excusari possit, vel cessare obligatio.*
- V. *Vtrum votum obedientiae sit aliquid indistinctum à traditione religiosa, & quid illi addat.*
- VI. *Quotuplex sit malitia in transgressione obedientiae religiosa.*
- VII. *An votum obedientiae obliget ad totius regulae observationem.*
- VIII. *Vtrum votum obedientiae religiosae obliget ad parendum superiori in quacunque honesta materia.*
- IX. *Vtrum perfecta obedientia Evangelica requirat vniuersalem materiam sine vlla regulae limitatione.*
- X. *Vtrum ex obedientiae voto obligetur quis ad perseverandum in eodem statu, vel possit ad suscipiendum alium obligari.*
- XI. *Cui parendum sit ex vi voti obedientiae religiosae.*
- XII. *Vtrum in solemne votum obedientiae cadere possit dispensatio.*



LIBER DECIMVS.

DE VOTO OBEDIENTIAE.



ARGUMENTVM huius ultimi libri, est Obedientia speciali voto in cultum DEO oblata, quae ut sic, non solum est vnum ex consiliis Evangelicis à CHRISTO Domino traditis, & vnum è tribus votis, quibus religiosus status essentialiter constituitur, sed etiam inter ea praestantissimum, ut docet D. Thom. 2. 2. quæst. 166 art. 8. tum ratione nobilioris materiae, quam per hoc votum homo DEO consecrat, nam Paupertas, bona externa, scilicet diuitias: Castitas, quasdam corporis voluptates, per Obedientiam vero DEO quis offert animam, intellectum, ac voluntatem, ac seipsum totum in holocaustum: tum etiam ratione maioris oblatio-

nis extensivæ, quia per hoc votum etiam DEO homo subiicit, offertque omnes suas diuitias, voluptates, cæterasque actiones, imo & seipsum totum cum illis, in perpetuum famulatum, & seruitutem: hinc est, quod Augustinus lib. contra aduersarium legis, Obedientiam maximam virtutum appellet, quia maxima, inquit, est virtutum, & ut dixerim, omnium origo, materque. De illa ergo in hoc libro, seruatò ordine, quem in præcedentibus tenuimus, dicemus, prius scilicet, de obedientia simplici, postea de solemni, vel prius de obedientia quæ extra religionem observari potest, posterus de illa, quæ intra exercetur, de qua tamen multa in tractatum de societate referuamus.

):(